

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

Omeis, Magnus Daniel

Norimbergae, 1699

3. Cainvs

urn:nbn:de:bsz:31-105410

posteritatem secum perdidit; mortemque in hominum genus miserima introduxit. Excitata autem ab ipso Deo ad spem salutis atque vitæ, etiamsi dote amplissima & bonis ingentibus spoliaretur, omnes tamen vitæ difficultates & longævitatæ ærumnas sustinet precibus & patientia.

3.

CAINVS.

Cainus primus ex homine homo natus, parentum singulare gaudium, in adolescentia agrum colere coepit, multoque sudore & molestia victum quæritare. In studiis pietatis negligens, & maxima quæque sibi pollicitus, cum fide non sincera Deo munera offerret, est illi frater divino testimonio antepositus. Quamobrem ira & odio exardescit, & de necando Abele tacite secum cogitat; quem blando sermone in agrum pelli-

pellicis
nis reve
cat. A
precatu
conscie
despera
que pa
terris se
nionu
risque
Deum
veritu
tander
per in
fectus
& fili

4.

Ab
fus qu
tur a
recte
verifi

pellicit, nullaque pietatis & sanguinis reverentia habita, furtim obtruncat. Accusante ipsum Deo, non deprecatur, sed superbe respondet, & conscientia excita vexatus, ruit in desperationem, & a facie conspectuque parentum fugiens, incerta in terris sede vagatur, incertoque opinionum turbine a parentum fratrisque ecclesia discedens agitur: Deum non ut conditorem suum reveritus, sed ut tyrannum averfatus: tandem a suo trinepote Lamecho per imprudentiam perhibetur interfectus, caput ecclesie hypocritice, & filiorum seculi imago efferata.

4. ABEL.

Abel apud parentes minus gratus quam Cainus, respicitur & curatur a Deo: de cujus promissionibus recte sentit, eisque toto animo ut verissimis assentitur. Adolescens opilio